

proprietas id significet, attamen contrarijs conjecturis, 30 Dotem promittente filia, soluente deinde patre, ex bonis filia ob solitum, & aequitatem ab ea recendum esse,

Probata itaque secunda illa opinione Cyni & sequacium, dicendum est, illam multo magis habere locum, quando concurrunt alia conjectura, quibus colligi potest, ad patrem peruenientiam illam, ut respondit Cur. Sen. in d. cons. 5. 4. in f. sicuti quando appareret, patrem paulo post emisse aliqua necessaria pro ipsa nuptia, vel alias impensas fecisse.

16 Tertius, & ultimus est casus, † quando pater, & filius, qui vna simili cōfessi sunt recepisse pecuniam dotalem, ambo geregant, & administrabant negotia domus, & ita vnu, ac alter consueverat recipere, & impendere pecunias, quaeis numerabantur. Hoc sane casu secundum tertium Dyni, & sequacium opinionem controvēsia dirimi potest, ut tam ad filium, quam patrem peruenisse præsumatur, sicutque pro portionibus suis ad restituēt, nem sunt obligati, præallegatis iuribus.

Dos à patre data, vel promissa pro filia, an & quando præsumatur ex bonis patris, vel filie constituta, diligenter explicatur.

S V M M A R I V M .

1 Dos data, vel promissa simpliciter à patre pro filia, ex bonis patris promissa præsumitur.

Eaque est præsumptio iuris, & de iure. num. 5.

2 Verbum, intelligi, præsumptionem denotare.

3 Videtur, verbum, præsumptionem notare.

4 Quasi, dictio est significativa dubitationis.

6 Dotare filiam, officium paternum est, & quandam habet annexam necessitatem, num. 7.

8 Sanguinis coniunctionem solam ad præsumendam donationem non sufficere.

9 Donationem propter nuptias faciens pater pro filio, ex suis non filii bonis fecisse præsumitur.

Idque etiam obtinet in emancipato num. 11.

10 Dos & donatio propter nuptias à pari procedunt.

12 Sanguinis vinculum, & officium paternum, emancipatione non tollitur.

13 Vidua iterum nubens, ex bonis patris dotata præsumitur.

14 Dotans, vel douans propter nuptias pater, ex suis bonis facere præsumitur, nisi esset administrator bonorum filii filiare.

Contraria recensetur opinio Bart. num. 16.

15 Factum præsumitur ab eo, eiusq; nomine, qui facere tenebatur.

17 Dotem etiam excessuam promittendo pater, de suo præsumitur promissa, dummodo solvendo sit.

Idque procedit, et si non superius ipsi, ut alias deinde filias dotet, num. 18.

19 Dos à patre promissa pro filia, de suis bonis intelligitur, et si post promissionem factam, de bonis filiis id intelligi velle protestatur. Et ibidem ratio. num. 20.

21 Protestatio ante vel in ipso aucto fieri debet, ut in alterius præiudicium protestantem adiuvet.

22 Dotem promittendo pater filia ex propriis bonis, & ex bonis filia simul, nihilominus de suis in totum constituisse præsumitur.

23 Dictio, Et, sui natura copulet equaliter.

24 Dotem expresse & claris verbis de bonis filiis, quomodo constitutus pater.

25 Certum, & clarum dicitur, quod per relationem ad aliud certum redditur.

26 Aequalitatem inter filias seruare patrem voluisse præsumitur.

27 Dovenit centum, & legans centum, ob quantitatis paritatem, præsumitur animo compensandi facere.

28 Dotem constitudo pater inops, quomodo tam ex bonis filiis, quam suis præsumatur dedisse.

29 Dotem se promittere nomine filie afferens pater, quomodo possit intelligi.

hanc

hinc patris liberalitatem, quia intelligo libertatem posse dici, quando filia habet aliunde bona ex quibus se datur potest. Id quod senserunt, & Cora. in d. l. qui liberos. nu. 45. ff. de ritu nuptia. & Soc. Jun. in d. l. i. nu. 162. vers. cogitabis. ff. de solut. matrim.

Est etiam hic aduertendum, quod huius legis dispositio est exorbitans, & ob id non extendenda. Ita Hieronym. Gabr. in consil. 156. num. 25. quod ego intelligo, quando verba ipsa, vel vrgens ratio extensione non admittit.

Extenditur primò hæc præsumptio, ut locum habeat 9 etiam, quoad † donationem propter nuptias, quam pro filio facit pater. Nam præsumitur, quod eam fecerit ex propriis bonis, non autem filii. Ita manifestè statuit Iustin. in d. l. vlt. & ibi scribunt omnes, & in l. i. ff. soluto matr. & ibi Ripa nu. 87. & Bologn. nu. 109. vers. amplia- 10 tur procedere. Eadem enim est ratio, cum dos † & do- natio propter nuptias à pari procedant, l. cum multe. C. de don. ante nupt. & egregie Affl. in decis. 154.

Extenditur secundò, ut procedat, & locū habeat hæc 11 præsumptio etiam in filiis † emancipatis. Nam adhuc præsumitur patrem dedisse dotem, vel donationē propter nuptias ex propriis bonis, non autem filii. Ita cen- 12 suit Iustin. in d. l. vlt. ibi, habeat autem filius, vel in po- testate constitutus, vel forte emancipatus, res maternas. Et confert l. cum pater. ff. de iure dotium. Et sententiam hanc probarunt omnes in d. l. i. ff. solu. matr. ibi Imola, Ripa num. 87. vers. amplia. secundo. Socin. Jun. num. 166. & Bologn. num. 109. vers. secundo amplia- tor. Et quæ ratio, quia pater ita tenetur dotare filiam emancipatam, sicut & retentam in potestate, cum vin- 13 culum † sanguinis, & officium paternum emancipatione non tollatur.

Extenditur tertio, ut locum habeat hæc præsumptio, 13 etiam in vidua † iterum dotata à patre. Nā adhuc præsumitur dotata ex bonis ipsius patris. Ita scribunt Alex. in l. huiusmodi. §. si pater. num. 7. ff. de leg. i. Soc. Sen. in consil. 100. nu. 7. vers. & maximè. lib. 3. & Soc. Jun. in consil. 79. nu. 83. lib. 3.

Extenditur quartò, ut procedat hæc præsumptio, et 14 quādo † pater esset administrator bonorum iporum filiorum. Nam adhuc præsumitur, quod dotauerit, vel propter nuptias donauerit, non tanquam administrator, sic que ex bonis filiorum, sed tanquam pater, atque ita ex bonis propriis. Ita Rom. Imola, Aret. & Alex. in d. l. i. ff. soluto matr. & ibidem Ripa num. 90. communem testatur. Idem scripserunt Corn. in consil. 3. lib. 2. Bald. Nouel. in tract. de dote, parte 6. priuileg. 45. & in dict. l. num. 77. ff. sol. matr. Campig. in tract. de dote, par. 1. q. 16. num. 4. Socin. Sen. in consil. 100. num. 8. lib. 3. Paris. in consil. 80. num. 1. lib. 3. & Bologn. in d. l. i. num. 109. & vers. 4. ampliatur. Et hos fecutus sum in consil. 370. nu. 7. lib. 4. Et ij quidem moti sunt ex d. l. vlt. C. de dot. pro- missi. vbi pater erat administrator aduentitorum filiæ, & tamen præsumitur dotata ex bonis propriis. Et tur- sus ibi dicitur, vel quoconque modo filia habeat actionem contra patrem. Quæ sane verba omnem casum in- cludent. Et præterea si tex. requirit, quod pater manife- stè declareret quantitatem, quam ex bonis filia dat, vel permitit, sequitur dicendum, quod ex hoc solo, quod sit administrator, non dicatur ex bonis ipsius filia id age- re. Probat & hanc sententiam text. l. cum pater. la. i. ff. de 15 iure dotium. Et accedit, quod factum † præsumitur ab eo, eiusque nomine, qui facere tenebatur. l. vlt. Cod. de alim. pup. præsta. & scribunt Bart. in l. cum seruus. ff. de verbor. oblig. & alij. quos referemus infra lib. 6. præsum. 20. sed pater dotare teneatur filiam. d. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. ergo dos ab eo, suis ex bonis data, vel præmissa. 21 præsumitur. His constat male † sensisse Bartol. in l. Ne- fennius. ff. de negot. gestis, dum contrarium scriptit, &

quem fecutus est ibi Angelus. Et motus est Bart. ex d. l.

Nefennius, quæ tamen omnium interpretatione, loqui- tur de aia materna, quæ illo in casu alere non tenebar- tur neptem. Hanc tamen Bart. opinionem intelligit, & declarat Socin. Sen. in d. l. i. num. 25. ff. soluto matr. vt locum habeat, quando pater dotem constituit ultra vires suas, vt puta pater secundum sui patrimonij vires

constituere poterat do tem centum aureorum, attamen cum administraret bona filia, promisit ducēta. Hoc casu præsumitur, quod alia centum promiserit ex bonis ipsius filii. Quam declarationem aliquot argumētis probat Soc. & responder d. l. vlt. C. de dotis promissi, de cuius intellectu plura scribit Socin. Jun. in dict. l. i. nu. 169. & num. 170. qui ab ipso Socino Seniore dissentit, sicut etiam aliter scribit ibidem Bald. Nouell. nu. 78. & cum eo Paris. in consil. 80. num. 2. lib. 2. Et postrema hæc sen- tencia tunc præsertim procedit, quando alijs coniecuris constat, patrem suo proprio nomine dotare voluisse sicuti ipsem Soc. Sen. in consil. 100. num. 4. & 6. lib. 3. declarat, vt est, quando se, & sua obligavit.

Extenditur quintò, ut locum habeat etiam, quando 17 pater † promisisset dotem excessiuam. Nam & hoc casu præsumitur de suo promissi, dummodo tot habeat in bonis, vt eam solvere possit. Ita Odofr. Cyn. Petrus & Salic. in d. l. vlt. Bald. Nouel. in tract. de dote, par. 6. priuileg. 6. & alij plures, quos refert, & sequitur Hierony. Gabr. in consil. 156. num. 21. qui & alios dissentientes commemorat.

Extenditur sexto, ut locum habeat hæc præsumptio, etiam quando pater habet quidem tot bona, quæ pos- sunt sufficere ad dotandum filiam illam, cui dotem con- stituit, sed tamē non habet tot, vt deinde † possit in posterum dotare alias filias. Nā adhuc dos hæc præsumi- tur constituta ex bonis ipsius patris. Ita decidit Affl. in decis. 159. quem fecutus est Parisius in consil. 80. nu. 3. lib. 3. Non enim (inquit Affl.) patris paupertas, & ino- pia hoc in casu absolūte cōsideratur, sed respectu illius certi actus donationis. Id quod multis similibus probat Affl. & eius, quem fecutus est Paris. in l. i. nu. 114. ff. soluto matrimonio.

Extenditur septimo, ut locum etiam habeat hæc præsumptio, quando pater post ipsam dotis promissionē, vel solutionem protestatur, se omnino de bonis filiis id egisse. Ita respondit Ang. in consil. 209. Petr. de Sau- na, quem fecutus sunt Aret. in d. l. i. num. 15. ff. sol. matr. & ibidem Ripa num. 88. & Bologn. nu. 196. ver. 3. ampliatur, & hos fecutus sum in consil. 370. num. 4. lib. 4. Ea ratione, i. moti sunt, quod iam ex precedēti actu pro- missionis, vel solutionis acquitum est † ius filia, quod scilicet præsumitur pater de suo promissi. Vnde post ius quæsumum frustra pater protestatur, gl. l. vnicā. §. ac- cedit. C. de rei vxor. actio. & probat Lex morte. in fin. C.

21 de pacis conuent. Nam † protestatio fieri debet ante actum, vel in ipso actu, alioquin non iuuat protestantem, in alterius præiudicium. l. pro herede. §. Papin. ff. de acq. hæred. & c. consulti. de regula.

Extenditur octavo, ut procedat hæc præsumptio ēt, 22 quando † pater constitudo dotem filiæ dixit dotem constituere ex propriis bonis, & ex bonis filiis. Nam & hoc in casu præsumitur, patrem in totum cōstituisse do- tem ex bonis suis propriis. Ita statuit Iustin. in d. l. vlt. C. de dotis promissi. versic. & in tali dubitatione. Et si. n. illa dictio, † & sui natura copulet equaliter. leg. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, attamen in casu dict. l. vlt. nō retinet naturam copulæ, sed potius significat ordinem successuum, ob ordinem charitatis, & affectionis, iuxta l. Gallus. §. i. ff. de libe. & posthum. Dicitur ergo pater constituisse dotem ex propriis bonis, si illa sufficiunt, si verò non sufficiunt, successiō dicitur consti- tuisse ex bonis ipsius filii. Ita interpretantur omnes in dict. l. vlt.

dict. l. vlt. & in d.l.i. & manifestè Bal, Nouell, in tract. de
dote, par. 6, priuileg. 6. Alc. in tract. de præsumpt. reg. i.
præsumpt. 26. & Hieronym. Gabriel, in consil. 156. num.
20, qui quidem considerauit aliam rationem, quam di-
xit colligex fine l. i. C. de bonis mater, ybi constitutum
est, patrem non posse alienare bona filiorum, quorum
legitimam habet administrationem, nisi filiis ipsis con-
sentientibus. Quare voluit lex, quod pater ipse spālem
faceret mentionem, quæ bona filiorum daret, ne eorum
consensus esset super ambiguo, sed super certo. Et pro-
pterea pater promittendo eo modo dotem, non censem-
tur promissio de bonis filiorum, nisi in subsidium, ut sta-
xuit Iustin. in d.l. vlt. C. de dot. promiss. Quo quidem in
loco, ipse Iustin. nullam adhibuit differentiam inter hæc
verba, ex rebus paternis, & maternis, & illa verba, ex re-
bus tam suis quam maternis. Sensit sane Iustinian. illas
dictiones, tam & quam, significare idem quod dictio-
nem, &, sic ordinem successiuum. Ita in specie d.l. vlt. vi-
sua est interpretari Alc. in respons. 487. incipit, Consul-
tationibus. nu. 88.

Declaratur primum, ut locum non habeat hec presumptio, quando pater dando, vel pomittendo † dotē, claris verbis declarauit, quod ex bonis filiæ dabat, vel constituebat dotem. Non enim in claris opus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita de verb. oblig. cessabit itaque hoc casu dispositio d.l.vlt. C. de dotis promiss. quæ (vt in initio diximus) fundata est in sola presumpta voluntate patris. Difficultas hic versatur, assignare exemplū, vt dici possit, patrem usum suis claris verbis. Et primū assertur, ut si dixit, quod centum ex suis bonis assignabat, seu dabat, & alia centum ex bonis ipsius filiæ. Hoc exemplum probant verba dict. l. vlt. in fin. ibi. Vt re vera appareat, quid ipse velit dare, & quid de substantia filiorum proficiscatur. Recipiuntque exemplum hoc ex nostris Soc. Iun. in dict. l. i. num. 178. Vel si dixisset, promitto mille, quorum dimidiam ex bonis meis, alteram vero dimidiam ex bonis filiæ meæ, sicuti scribunt Soc. Sen. in d. l. i. num. 143. Socin. Iun. nu. 178. & Hercul. nu. 28. sed dissentit Bologn. num. 111. versic. item infertur. Adducitur & secundum exemplum, ut si pater dixit, se constituere, vel promittere eam summatam, computato in ea omni, & toto eo, quod ipsi filiæ debetur, tam ex bonis maternis, quam paternis. Ita scripserunt Maria. Socin. Sen. in cap. tuæ. de sponsal. Corn. in consil. 16. nu. 4. lib. 3. Bulgar. in l. i. & ibidem Ruin. num. 140. & Socin. Sen. ff. soluto matrim. & ibidem Ias. & idem in §. fuerat. num. 105. in Instit. de actio. Ripa in dict. l. i. num. 92. & ibidem Socin. Iun. num. 177. Paris. num. 115. Alc. in tra-

ta.de præsumpt.reg.1.præsumpt.26.in fin. Coras. in l.
qui liberos.num. 54.ff.de ritu nupt.& Hieronym.Gabr.
in consil.156.num.26. Et hanc sententiam sum & ego
secutus in consil.370.nu.32.lib.4. Et aliquot similibus
confirmat Ruin.in d.l.1.nu.140.ff.sol.matrim.& in con-
sil.16.nu.2.lib.3. Et hæc quidem recepta magis est sen-
tentia,& si ab ea dissentiant Bald.Nouel.in tract.de do-
te in 6.par.princip.priuileg.6.Soc.Sen.in d.l.1.& ibidem
Hercul.num.27.Socin.Iun.num.165.& Bolognet.nu.
111.soluto matrim.Affl&.in decis.178.nu.13.& Paris.
in consil.80.nu.4.lib.3.Horum quidem rationes,& ar-
gumenta facile diluuntur. Adducti enim sunt ex dict.l.
vlt.C.de dotis promiss.in illis verbis. Vbi autem ex reb.
tam suis quam maternis, vel alijs, quæ non acquiruntur,
vel ex suis debitibus dixerit, se fecisse huiusmodi liberali-
tatem, tunc si quidem penitus inopia tentus est, ex illis
videri rebus dotem, vel ante nuptias donationem esse
datam,quæ ad filios, vel filias pertinent. Si verò,& ipse
substantiam idoneam possidet. Hoc quasi de suo patri-
monio dotem, vel ante nuptias donationem dedisse in-
telligatur. Hæc verba (dicunt prædicti Doctores) clare
significant patrem voluisse cōstituere dotem etiā ex bo-

nis filia. Illa enim verba tam ex suis, quam ex maternis, habere videntur maiorem vim, quam habeant illa, ex rebus pateruis, & maternis, de quibus paulo supra dixerat Iustin. Verumtamen quia clarè expressa non fuit quantitas, statuit Iustin. promissionem illam præsumi factam ex bonis patris tantum. Idem dicendum est hoc in casu, in quo quantitas expressa non fuit. Ita enim hic sumus in dubio, ex quo quantitas expressa non fuit, sicuti in casu d.l.vlt. Et verba, computatio in ea omni, & toto eo &c. intelliguntur (aiunt prædicti Doct.) & operantur, quando pater esset inops, atque ita ex suo patrimonio illa præstari non posset, sicuti in casu d.l.vlt.

Cæterum huic considerationi respondetur, quod casus d.l.vlt.versic. vbi autem est longè diuersus à nostro. Nam præter considerationes Soc. Iun. in dict. l.i.nu. 177. vers. tu considera dicimus, vt declarauimus supra in septima extēsione, quod illa verba tam suis, quam maternis, & alijs, non differunt ab illis verbis ab eodem Iustiniano paulo supra relatis, ex reb. paternis, & maternis. Et ideo hæc verba sunt æquè dubia vt illa, sicuti p̄tædicto in loco dixi, non repetam iam dicta. Diuersum est in casu nostro, in quo hæc verba, computato omni, & toto eo, &c. sunt clara, cum comprehendant omnia ipsa bona filiæ. Et certum † ac clarum illud dicitur, quod redditur, certum per relationem ad aliud. l.certum. vbi Dec. ff. si certum pet. Et quemadmodum clarum esset, quādo dixisset, constituo dotem pro dimidia ex bonis meis, & pro altera dimidia ex bonis filiæ, sicuti dixi supra. Ita quoque est clarum, & certum, quando omnia bona ipsius filiæ assignare voluit. Conciliando tamen opiniones distinguunt aliquot casus Ripa, & Soc. Iun. in d.l.i. fol. matr. ille nu. 92. iste nu. 174. & ante eos Hercul. nu. 29. & attingemus infr.

Tertium est exemplum, quādo pater iam dotauit primam ex filiabus, & ei clare constituit dotem pro dimidia ex proprijs bonis, & pro alia dimidia ex bonis ipsius filiæ, deinde nuptui collocat secundam, & dotem simpliciter constituit, præsumitur quod eodem modo voluerit eam dotare, sicuti dotauit primam. Ita scripsit Soc. Sen. in d.l. i. ff. solito matr. m. & cum eo Ruin. ibidem nu. 144. Præsumitur enim, † patrem voluisse seruare æqualitatem inter ipsas filias, iuxta l. vltim. C. communia vtriusque iud. & l. vt liberis, vbi Dec. C. de collatio. & in specie annotauit Soc. ipse in d.l. i. nu. 39. in fin. Cæphal. in consil. 188. nu. 20. lib. 2. & Zancus in l. hæredes mei. §. cum ita. in 1. parte, num. 44. ff. ad Trebel. quo loci multa his similia de æqualitate inter filios seruanda commemorat.

Cæterum Ripa in d.l.i.nu.93. distinguit duos casus.
Primus est, quando pater constituens dotem secundè
filiae dixit, se dare dotem ex bonis proprijs, & ipsius fi-
liae. Hoc casu (inquit Ripa) illa copula, quæ alias non co-
pulabat, nisi ordine necessitatis. d.l. vlt. C. de dotis pro-
miss. æ qualiter copulabit, tum propter naturam suam,
tum propter æ qualitatem seruandam. l. quæ situm. §. sed
et si Papin. ff. de fundo instructo, instrumentoque legat.
Et hoc in casu (ait Ripa) procedere pot Soc. exemplum,
& declaratio. Et cum Ripa idem senserunt Soc. Iun. nu.
175. & Bologn. nu. 110. vers. 2. limit.

Secundus est casus, quando pater constituens dotem
huic secundæ filiæ, simpliciter dotem constituit, nullo
facto verbo, se dare vel promittere ex bonis proprijs, &
filiæ. Hoc casu (inquit Ripa) non habet locum declara-
tio, & exemplum Socini, cum sola coniectura seruandæ
æ qualitatis hunc effectum operari minime possit. Idem
cum Ripa sensit Soc. Iun. ibid. num. 175. versic. sed mihi
verba, qui tamen dubitat, quando quantitas huius se-
cundæ dotis eadem esset cum illa primæ dotis. Est simi-
le, quod dicimus, quod si debens † centum, simpliciter
legat centum ipsi suo creditori, presumitur compensan-
di ani-

Liber Tertius.

di animo legasse, ob quantitatis paritatē, sicuti scribu
ā me congesti in consil. 370. num. 24. lib. 4. vbi in speci
propē sic respondi, & recensui eiusdem sententia Ruin
in consil. 222. num. 3. lib. 1. Quartum afferri potest exē
28 plum, quando pater inops est, † & dotem constituit fi
liae ex bonis proprijs & filiae, vlt tam ex bonis proprij
quam filiae. Hoc casu præsumitur dedisse dotem etiā ex
bonis filiae. Ita diffinit Iustin. in d.l. vlt. C. de dotis pro
miss. in vers. vbi autē Et casum hunc admittunt ibi om
nes, & Campeg. in tract. de dote, parte prima, priuileg
16. nu. 2. Hercul. in l. 1. nu. 26. ff. sol. matr. & ibidem Soc
Iun. nu. 167. & Parif. nu. 113. Quintum exemplum consi
derauit Soc. Sen. in d.l. 1. nu. 37. sol. matr. quando pate
29 dixit, † se promittere dotem nomine filiae. Nam tun
præsumitur promittere ex bonis filiae.

Vetum dissentit, & recte Ruin. in d.l. i. nu. 14. §. qui illa verba, nomine filia, possunt multipliciter intelligi. ita tanquam administrator, vel negotiorum gestor ipsius filia. Et secundum hanc expositionem (ait Ruin.) procederet exemplum Socini. Possunt etiam intelligi, nominis filia, id est, ad utilitatem filie, sub obligatione tamē propria ipsius patris, ut tradit Bart. in d.leg. 2. §. quod si in patris ff. soluto matrim. Et ideo cū verba sint ambigua, trahi possunt ad utrumque sensum, & consequenter in dubio presumitur patrem ex suis bonis tantum, dotem constituisse, ut statuit Iustin. in d.l. vlt. Sextum exemplū attulit idem Socin. Sen. in dict. l. i. num. 38. sol. matrim.
¶ quando t̄ filia ipsa promisisset primo dotem, & deinde pater eam simpliciter soluisset. Hoc casu (inquit Socin.) presumitur soluisse ex bonis filia, iuxta doctrinam Bart. in l. vxorem. §. pater naturalis, de lega. 3. & iuxta l. tritium. de verbis obliga. Verum à Socino dissentit Ruin. in dict. l. i. nu. 146. versic. & similiter, qui ratione comprobatur.

Prædicta exempla significant quidem patrem noluisse in totum ex suis bonis dotare, sed etiam voluisse obli-
gare bona ipsius. Non tamen tibi declaratio-
nes, & protestationes patris, quod filia ipsa censeatur
obligata, nisi & ipsa expressè cōsentiat dationi, vel pro-
missioni facta à patre. Etenim secundum Ripam in d.l.
1.num.92. & Socin.Iun.num.176. & prius Herculatum,
num.26. & distinguendum ita est. Aut primo queritur,
nūquid pater ex sua illa promissione teneatur de bonis
suis totam illam dotem præstare? Et dicendum est non
teneti, cum, adhibita protestatione declarauerit, nolle
teneri nisi pro certa parte. Et ideo ultra suam promis-
sionem non obligatur. Aut secundo queritur, an bona
filia pro dote sic promissa sint obligata? Et dicendum
est, quod non, cum deficiat filia consensus, qui omnino
requiritur. l.profectitia. §. vlt. ff. de iure dotum. Nisi (ait
Socinus) pater utiliter gessisset negocium filia, quia tūc
filia obligata erit. Aut tertio queritur, an pater sit libera-
tus ab onere dotandi. Et tunc si filia non consensit, non
est liberatus, si vero consensit, liberatus censemur. Non
enim sola patris missio dotisque constitutio, sine ip-
sius filia consensu eam obligat, nec se ipsum à suo nexu
liberat pater, sicuti post Aret. in dict. l. i. solut. matr. scri-
pseron ibid. Ruin. num. 136. Socin. Iun. nu. 174. & nu.
178. in fin. & idem docuit ibidem Hercul. num.24. qui
scripsit, quod ad fugiēdam omnem dubitationem debet
pater in dotis constitutione efficere, ut filia expressè cō-
sentiat. Idem docuit eodem in loco Bolog. nu. 112. & re-
spondit Hier. Gabr. in cons. 156. nu. 26.

Declaratur secundò, vt locum non habeat, quando
32 pater promittit † dotem non genero, sed ipsimet filia.
Hoc enim casu, præsumitur promissio etiam ex bonis ad
ipsummet filiam pertinetibus, utputa ex dote materna.
Ita declarat Hier. Gabr. in conf. 156. nn. 25.

Declaratur tertio, ut locum non habeat hec presum-
ptio in patre naturali, qui pro filia dotem dedit, vel

Præsumpt. XVI. 319

promisit. Nam tunc non presumitur dotasse ex proprijs bonis, sed ex bonis ipsius filie. Ita Bart. in l. 1. ff. fol. matrim. & ibid. Bald. & alij relati ab Alex. & communem testatur ibi Ruin. nu. 147. Hercul. nu. 32. Soc. Iun. nu. 188. versic. & ex prædictis. Paril. num. 124. Bologn. num. 118. adducti omnes ex leg. vxorem. §. pater naturalis. de leg. 3. Verum prædicti intelligunt, quod cum hodie secundū juris pontificij constitutionem in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrem. quam polluit per adult. pater teneatur præstare alimenta filijs naturalibus sic pariter tenetur dotem constituere, cum illa loco alimentorum succedat, & consequenter hodie pater ipse naturalis, dotando filiam, præsumatur ex proprijs bonis dotasse. Quæ hactenus de patre dotante filiam scriptissimus, locum habent etiam in auo, & in matre, illis scilicet in casibus in quibus tenentur dotare neptem, vel filiam. Ita in specie scripserunt Bald. & Salic. in dict. l. vlt. C. de do-
tis promiss.

Dotem datam, vel promissam à fratre pro sorore, presumi datam, vel promissam ex bonis ipsis fratris, sicque eam donasse, & quid in patruo dotante neptem ex fratre.

S V M M A R I V M.

- 1 Dotem sorori dans frater, qui debitor illius existat, quando non donare, sed compensare voluisse presumatur.
 - 2 Frater debens centum sorori, tantam quantitatem in dotem promittendo, non presumitur donare.
 - 3 Frater sororis debitor ex causa dotis, dotando sororem presumitur compensare.
 - 4 Patrius dotando neprem an donasse presumatur, & quomodo, & quando. num. 5.6.8. & 9.
 - 7 Filia vnius ex socijs omnium bonorum, est de bonis communibus dotanda.

RÆSVMPT. XVI.

Postularet hic locus, ut differerem, an dos data, vel promissa à fratre, præsumatur de eius bonis data, vel promissa, siveque donata, vel de bonis ipsius sororis. Verum cum satis copiosè explicauerim in lib. 2. de arbitrijs iudicium, casu 88. num. 36. ea propter hic differe-re supersedeo. Illud vnum tantum addendum nunc cen-sui, quod quando frater fuit debitor ipsius sororis, & coniecturis constat, quod animo compensandi dotem dedit, vel promisit, non præsumatur voluisse donare, sed compensare. Ita respondit Ruin. in consil. 223. nu. 2. lib. 1. qui sic pariter declarat, & intelligit statutum, quo cau-tum est, quod si promittens dotem sit debitor mulieris, pro qua promisit seu soluit, intelligatur promisisse, vel soluisse de eo in quo esset debitor mulieris usque ad con-currentem quantitatem, quod non vendicet sibi locum in ascendentibus masculis, vel fratre vel filio fratris mu-lieris, qui intelligatur de suo dotasse, nisi contrarium ap-pareat, inquit Ruin. statutum hoc intelligi, nisi coniectu-ris constet fratrem voluisse dotare ex bonis ipsius sororis, siveque cum eo, quod illi debet, compensare voluisse. Nam, & apparere satis hoc dicitur, quando coniecturis apparet. Coniecturas nonnullas illo in loco considerauit Ruin. Quarum una est, quando frater debebat cen-tum, & tantam quantitatem promisit, vel dedit. Nam tunc ob eandem quantitatem præsumitur animus com-pensandi, ex sententia Bart. in l. triticum. de verb. oblig. Et Ruinum secutus sum in consil. 370. num. 24. lib. 4. vbi alios recensui. Ruin. in consil. 200. num. 3. lib. 5. Socin. Iun. in consil. 79. num. 7. lib. 2. & Alciat. respons. 408.

Declaratur etiam, quando statim sibi prouidit stipulando dotem sibi reddi. Soc.Sen.in consil. 121. num. 12.